AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 26r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in glaciem. sed apparuer
ista sicut oportune appa
rere debuerunt. creatura
seruienti creatori. et ad
nutum eius incommutabilit
in se ipso permanentis ad
eum significandum et de
monstrandum. sic significa
ri et demonstrari morta
lib; oportebat mutata atq;
conuersa. Proinde quamquam
illa columba spiritus dicta sit.
et de illo igne cum diceret.
uise sunt illis inquit lingue
diuise uelut ignis. qui et
insedit super unumquemq; eorum.
et ceperunt linguis loqui.
quem admodum spiritus dabat
eis pronuntiare. Vt osten
deret per illum ignem. spiritum
demonstratum. sicut per co
lumbam. non tamen ita possumus
dicere spiritum sanctum. et dominum. et
columbam. aut et dominum. et
ignem. sicut dicimus filium et
dominum et hominem. nec sicut
dicimus filium agnum dei. Non
solum iohannem baptista dicente.
ecce agnus dei. sed etiam iohannem
euangelista. uidente agnum oc
cisum in apocalipsi. Illa
quippe uisio prophetica. non est
exibita oculis corporeis. per

formas corporeas. sed in spiritu
per spirituales imagines corporum.
columbam uero illam. et
ignem oculis uiderunt. qui
cumque uiderunt. Quamquam
de igne disceptari potest.
utrum oculis an spiritu uisus
sit. propter uerba sic posita.
Non enim ait. uiderunt lingua
diuisas uelut ignem. sed uise
sunt eis dispertite lingue tam
quam ignis. Non autem sub
eadem significatione so
lemus dicere. uisum est mihi
qua dicimus uidi. Et in
illis quidem spiritualibus uisis
imaginum corporalium solet
dici. et uisum est michi et
uidi. In istis uero que per
expressam corporalem spe
ciem oculis demonstratur.
non solet dici. uisum est michi
sed uidi. De illo ergo igne
potest esse questio. quomodo
uisus sit. utrum intus in spiritu
tamquam foris. an uere foris
coram oculis carnis. De illa uero
columba que dicta est corpo
rali specie descendisse. nullus
umquam dubitauit. quod oculis
uisa sit. Nec sicut dicimus fi
lium petra. Scriptum est enim. Petra
erat xpistus. Ita possumus dicere.